

A V T H O
R I T A T V M
S A C R A E S C R I P T V R A E

ET SANCTORVM PATRV M,

QVAE IN CATECHISMO DOCTORIS PE-
tri Canisij Theologi Societatis IESV ci-
tantur, & nunc primùm ex ipsis fontibus fideliter col-
lectæ, ipsis Catechismi verbis subscriptæ sunt,

P A R S T E R T I A.

D E P R I O R I I V

S T I T I A E C H R I S T I A N A E P A R

te, quæ in fugiendis vitijs sita est : siue

D E P E C C A T I S :

E C C L E S I A S T I C I X X I.

Quasi à facie colubri fuge peccata.

I. P E T R I I I I.

C H R I S T V S semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, vt pec-
catis mortui, iustitiam vinamus.

C O L O N I A E

Apud Geruinium Calenium, & heredes Ioannis Quentel,

Anno M. D. LXX.

Cum gratia & priuilegio Summi Pontif. Pij V. & Imperatoris
Rom. Maximiliani II. in decennium.



PETRVS BVSAEVVS AD LE
CTOREM.

NON ignoras optime Lector, has auctoritates Catechisticas à nobis in tres partes siue tomos initiò distributas fuisse, ità ut tertio tomo vniuersam tractatiõem de Iustitia Christiana, & Appendicem de Lapsu & Iustificatione hoīs, ex Concilio Tridentino desumptam, compræbendi posse existimaremus. Cæterum quia nunc depræbendumus, priorem partem dictæ tractationis ad eam magnitudinem excreuisse, ut reliquam nõ admittat, nisi in volumine admodum incommodo: idcirco coacti sumus sententiam mutare, & vniuersum hoc Catechisticum opus in quatuor tomos diuidere: & tertio quidem compræbendere priorem Iustitiæ Christiana partem de vitijs, quarto autem tomo posteriorem de bonis operibus & c. cum appendice.

Quia verò sequenti parte Catechismi tractantur ea quæ moralia sunt, & ad mores Christianorum rectè informandos pertinent, nec tam breuibus absolui possunt, boni consulet Lector sententiarũ longitudinem. Satis quidem fuisset, Lectorem ad reliqua ex ipsis auctoribus petenda remisisse: nisi hic labor in eorum potissimum gratiam susceptus esset, quibus non supererunt Patrum volumina. Bene vale, & quartam partem propediem expecta.

CA=

CAPVT QVIN- TVM DE IVSTI- TIA CHRISTIANA.

I

*Quænam pertinent ad Iustitiam Chri-
stianam?*



VMMATIM duo, quæ
his verbis continetur:

^a *Declina à malo, & fac
bonū: sicut & Esaias do-*

cet: ^b Quiescite agere per-

uersè, & discite benè face-

re, Hoc est, quod Pau-

lus ^c monet, veterem

cum actibus suis exu-

endum, & nouum ho-

minem in iustitia & sanctitate veritatis induen-
dum esse. Prius est in cognoscendis fugiendisque
peccatis positum, quoniam ea ipsa maxima sunt
mala mortalibus: posterius verò in bonis expetē-
dis atque consecrandis versatur.

B Vt autem Iustitię hoc officium vtrunq; ^d præ-
stemus, Dei gratia per IESVM CHRISTVM nobis
parta & promissa, semperq; necessaria est. Ea ve-

Aug. ser. 59. de
temp. Chryl.
in psal. 4 &
homil. 16. in
epi. ad Ephes.
Prosper sen-
tēt. 98. ex Au.
^a Psal. 36. e 33.
^c 1. Pet. 3. b
Tob. 4. d
^b Esa. 1. c
Eccī 3. d
Rom. 12. e

^c Colof. 3. b
Ephē. 4. e f g

^d Bern. ser. 1.
de pētecolle.